



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

7. Quonam tempore translatum in Silo tabernaculum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

QVÆSTIO CHRONOLOG.

narratione temporis ordinem non obseruari. Adhæc cum filij Iuda in fine dubio sortitione ad Iosue accessissent, solus Caleb locutus dicitur, de missam sibi sub Moysè ditionem obtinuisse, ne scilicet postea in ducentibus difficultas oriretur ratione Hebronis. Si verò non nisi post futurum Calebus suum negotium proposuisset, videri potuisset, non omnifide re: Hebron enim in quacumque tandem sorte fuisset, tribui Iudea auctorue in huius tribus pomerio contineretur, siue non: facta autem haec omnis iniuriæ species vitabatur.

*Adi. Opiniōnū rationēm.*

8. Ad rationem Abulensis responderi potest. 1. id minime absurum si diuina dispositione ita contig. flet. Nam & Sichem ex una additione ad tribum Ephraim accessit, ut fateretur Abulensis infracep. Sic etiam partes aliquæ tribuum Dan & Manassis à cæteris loco distinxerant, nec inde obstabar, quo minus singulæ tribus debitam sibi posse distinctas iure sortes haberent, ut notat Serarius. Responderi potest. fuisse huius diuulsionis periculum: cùm enim promissa dictio assignaretur lebo; putat Salianus hac occasione datam esse tribui Iuda hæreditatem illa fortitione, ne familia Caleb à reliqua tribu Iuda separaretur. Quod ex illo Iosue 15. v. 13. Caleb vero filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda præcep. et ei Dominus.

IOSVE XVIII. v. 1.

**C**ongregatiq; sunt omnes filij Israel in Silo, ibiq; fixerunt tabernaculum: fuit illis terra subiecta.

QVÆSTIO VNICA.

*Quonam tempore translatum in Silo Tabernaculum?*

*Responde-*  
*tur in cō-*  
*muni.*

1. **E**o tempore terram Hebreis subiectam fuisse, saltē quoad m. partem, ita ut nemo in eos vim & arma pararet, indicat hic præcucus, clarè quidem in Latino & Græco textu, in Hebreo commode, & terra subiecta ante ipsos, siue ad facies eorum. Ita Lyranus, Mafius, Menochius, Bonfrerius in hunc locum, Salianus an. m. 2; 90. num. 2. M. tur finitis hæc Tabernaculi translatio facta est.

2. At quanto anno ab ingressu in terram? Decimoquarto clime bræi, quibus non aduersatur Mafius, nec Magalianus, Serarius vero hoc concordi pene omnium autoritati ac sententia, vt anno à Iordania tredecimo Siluntē Tabernaculi factam existimemus: Iosue 18. q. 7. Menochius per aliquot annos inter ruptam fuisse terræ diuisionem, que scilicet in instituta fuerat; horum tamen annorum numerum non exprimit,

*In parti-*  
*culari va-*  
*rir sup. u-*  
*ntiones.*

3. Torniellus autem & Salianus tot annorum moram in Galgalis non pa-  
ciantur, sed ille anno 7. introitus in terram Chanaan; hic sub eiusdem anni 7.  
finem vel certe octauum initium, demigrationem populi cum Sanctuario e Gal-  
galis in Silo signandam arbitratur. Torniello subscriptus Bonfrerius hic, dum  
achor factum anno altero à Galgala fortitione. Potissima horum ratio, &  
meo iudicio valde probabilis, est, quod non appareat vlla iusta causa, cur for-  
tioista, quam omnes, etiam Hebrei, mox ut Silunta ventum est, peractam fa-  
tetur, in septennium dilata fuerit: imò non desunt indicia, quæ contrariam  
conjecturam pariant. Credibile est Sacerdotes & Leuitas magno desidio ad  
decimas aspirasse, sicut & ad urbes atque suburbana sibi ex lege debita, in quo-  
rum tamen possessiones venire non poterant, nisi prius reliquæ tribus suas hæ-  
reditates adiissent. Decebat, ut essent ciuitates refugij, ijs patentes, qui casu  
homicidium perpetrassent: Rubenitæ, Gaditæ & dimidia tribus Manassæ do-  
mum habebant, optabant primo quoque tempore audire vocem illam, qua  
Iosue collaudatos tandem mislos fecit: reuertimini & ite in tabernacula vestra, &  
in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyses famulus Domini trans Iordanem. Iosue  
21. vers. 4.

4. Hæc & similes cause sat graues fuerunt, vt Iosue septem tribus ob-  
ligaret & diceret: Usquequo marcescet ignavia, & non intratis, ad possidendum terram,  
cum Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis. Iosue 18. v. 3. Esto hæc negligen-  
tia non septem annorum, sed paucorum mensium fuerit, ex quo Silunta cum  
Scriptio migraverant. Deinde opinio Hebreorum de dilata ad annum 14.  
Tabernacoli in Silo translatione tribus nititur fundamentis, primo Israëlitæ  
temporibus possedisse 850. annos. Secundo, horum annorum finem incidisse in an-  
num 14. ab Urbi & Templo excidio. Tertio, isto anno 14. calamitatis Ierosoly-  
mæ libelum incepisse, sed hæc fundamenta partim sine veritate, partim  
sine partium consensu posita sunt, vt Iosue 14. v. 7. num. 6. annotauit.

## IOSVE XXIV. v. 29.

<sup>1</sup> M <sup>2</sup> ortum est Iosue filius Nun, seruus Dei centum & decem annorum. Totidem Iosue mo-  
nitos wixerat Ioseph, Gen. 50. v. 22. Quoto autem sui Principatus an-  
no fui post Iordanis transitum mortuus sit, Scriptura silent: quo fit ut liberam <sup>3</sup> Quot annos  
nos profuerit illius opinandi licentiam Scriptores usurpent. Quot annos Iosua profuerit, ignoratur, inquit Scaliger. Quidam annos Magistratus Iosue, sunt op-  
p. 40. qui Othoniel adscribuntur, contineri putant, vt Lyranus. 3. Reg. 6. niones.  
Tolitanus Iud. 1. q. 12. Ribera lib. 1. de Templo cap. 1. Rab. Levi apud Masium,  
Sethus Calvisius, &c. Nonnulli Iosue gubernationi septennium tantum conce-  
dunt.

P.  
Philippi

Ironologia  
Testamenti

A. IV

17

QVÆSTIO CHRONOLOG. VNICA.

24  
 dunt, vt Adrichomius. Aliqui 8. aut 9. annos, vt Mercator: aliqui 10. vi Cen-  
 nus, Arias, quibus faveret Canus de locis Theolog. lib. 11. ad 11. argumentum,  
 fragatur Torniellus ann. m. 2591. num. 14. Aliqui 14. vt Rab. Moses apoli-  
 rium, Petavius lib. 9. cap. 23. & lib. 13. ad an. m. 2506. Alij 17. Beda, Ioseph  
 cius, Ioannes Benedictus 3. Reg. 6. Salianus ann. m. 2600 num. 4. &c.  
 rijs Hugo Brughthonus in suo concentu. Alstedius, Bucholcetorum  
 cura. Alij 18. Genebrardus, Temporarius, Tremellius, Beroaldus, He-  
 Chytræus in suo Onomastico. Alij 25. Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 1. omni-  
 posse videtur Caluifus ann. m. 2518. Iosua, inquit, *Dux Israëlitarum anno*  
*Imperij 25.* Alij 26. Comestor, Gordonus, Bellarminus. Alij 27. Cle-  
 lib. 1. Stromatum, Eusebius in Chron. S. August. lib. 18. citat. cap. 11. In  
 vita & morte Sanctorū, Fasti Siculi. Theophil. lib. 3. Niceph. Constan-  
 gius Sinellus, Gagreius, Henricus Samerius, Bibliander, Ralbag fatus  
 inclinat Sulpitius lib. 1. historia: *De imperij Iosue tempore parum defini-*  
*quens tamen opinio est, eum 27. annis præfuisse Hebreis.* Alij 28. Seder Olearius,  
 Salomon, Kimhi, Radak, Abraham Godolias, apud Serarium, quod  
 Masius, Iosue vltimo cap. 5. Seruavit autem. Alij 30. Iulius Hilarion, Episcopus  
 apud Eusebium lib. 9. Præpar. Euang. Alij 32. Veronius & Funcius tec-  
 naram in Compendio.

*Opinio*  
*auctorū.*

2. Probabiliorē eorum supputationē reor, qui Magistratū Israëli  
 mortem Moysis 17. annos adscribunt: quam in sententiam relabuntur  
 annos Ahialonis prætermittunt, vt Eusebius & S. Augustinus lib. 10.  
 cap. 22. Iosue porrò ante annum secundum remissionis obijste, pri-  
 tradiderunt: quod meis rationibus conuenit, quæ primum annum  
 cum ordiuntur ab autumno anni ante Christum 1445. Principatus  
 huius autem obitum refero ad annum ante æram Christi 1440 ab  
 condito 2600. desinentem, aut 2601. ineunte si non falluntur Ho-  
 bæorum Calendaria, quæ 26. die Nisan Iosue excel-  
 sum signant.

Laus Deo.